



**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xli. De alienatione iudicii mutandi causa facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](#)

Certè si etiam alicui ecclesiæ beneficium hoc ^{10.} Bene-
ficiæ in uno iudicio denegatum erit, restitutio, ^{fictio.}
præterquam si adpellare obmisit, aut nouas de-
fensiones habebit, denegator.

*De alienatione iudicij mutandi cau-
sa facta. Tit. 41.*

NE M I N I ad aduersarii grauamen potentio- ^{2. Ex par-}
rum auxilium aduocare liceto. qui secus fa- ^{te.}
xit, iacturam causæ subito. Quæ per iudicium se-
culare dirimundæ erunt quæstiones, clerici ut
ad suum forum trahant aduersarios, precio, do-
no, munere sibi cessas earum actiones ne reci-
piunto. cessiones & emptiones litium cessanto.

Contra quos commissionis literæ erunt ab ^{1. Ex quo-}
apostolica sede obtentæ, neque si antequam ci- ^{rundam.}
tetur adpellassint, neque si possessionem de qua
controversia erit commutassint, neque si se ab-
sentiasint, mā datum euacuator. qui se in posses-
sione ingessint, sub datorum iudicium examine
iuris æquitati parere coguntor.

De arbitris. Tit. 42.

DE iudicium officio & potestate haec tenus,
nunc arbitrorum iura tractantur.

Quos inter causa erit, ex communi placito ar- ^{1. Sane.}
bitros aut vnum aut treis elegunto. si treis erunt;
aut omnium aut duūm sententiam sequuntur.

Huiusmodi autem compromissum de incerta ^{12. Inno-}
persona in arbitrum adsumenda ne teneto. Id- ^{tuit.}